MISSALE ZAGRABIENSE

Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh.

Seite 269v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

predicavit, confirmavit exemplo. Per. (Continuetur.)

Da quesumus omnipotens deus: ut beate felicitatis martiris tue solemnia recensentes meritis ipsius protegamur et precibus.

Fratres mei (ad Philippenses.) karissimi et desideratissimi: gaudium meum et corona mea, sic state in domino karissimi. Euchodiam rogo et Sinthicen deprecor, idipsum sapere in domino ihesu. Etiam rogo et te germane compar: adiuva illas que mecum laboraverunt in evangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vite. (Gr.) Iuravit. Alleluia: Iustus ut palma. (Ewangelium) Amen amen dico vobis: nisi granum. (Offertorium) Posuisti. (Secreta)

Sacrificium tibi domine laudis offerimus, in sancti celebritate clementis martiris tui atque pontificis ut propicius actionem tuam quam nostris operibus non meremur, pii suffragatoris intercessionibus assequamur. (Continuetur.)

Suscipe domine tuorum vota famulorum, et oblatum tibi pro commemoratione beate felicitatis pacifici libaminis sacrificium propiciatus intende. (Co.) Beatus servus.

Da quesumus domine deus, (Postcommunio.) noster: ut sic commemoratione beati clementis martiris tui atque pontificis temporali gratulamur officio, ita perpetuo letemur aspectu.

Supplices te rogamus omnipotens deus: ut intercedente beata felicitate martire tua in nobis dona multiplices, et tempora nostra in tua pace disponas. Per. (In festo Crisogoni martiris.) Gloria et honore.

Adesto (cum ceteris in com. Oratio.) domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati crisogoni martiris